UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Dionysius Areop. S. Abraham Patr. SS. Athanasia & Publica 9 Oct

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Dionyſius Areop. S. Abraham Patr.
SS. Athanaſia & Publica 9 Oct.

Fuga nimiæ curæ.

Nequaquam mens ad ſuperna attollitur ſi curarum tumultibus occupatur. Gregor.

Deus qui B. Dionyſium M tuum atque Pont. (B. Abrahamum Patriarcham: S Athanaſiam & Publiam virtute conſtantiæ, roboraſti: tribue nobis quæſumus eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere & nulla eius aduerſa formidare per D N, Ieſum. &c.

Ora pro Regnis Chriſtianis &.

1.S.Dionyſius Areopagitta Athenis a S Paulo adductus eſt ad fidē Chriſti. Idem & Athenarū Eps ordinatus multa Eccleſiæ proficua ſcripſit, & zelo fidei etiā in Gallias penetrauit, ubidemq; martyrio Corōatus caput āputatū ſibi ad deſtinatæ quietis locū fertur prætuliſſe, Magnus Galliarum in cælis patronus

2 B.Abrahā Patriarcha & pater fidelium Magnus, repromisſionē ſeminis, quod conculcaret caput ſerpētis, pro ſua poſteritate accepit præmium pietatis & obedientiæ in Deum Ex eo gentes prodiere, ſed multo magis ſpiritù filij ejus fideles, orbi uniuerſo dominātes, decesſit āteChr annis 200

3.S Athanaſia cōiunx S. Andronici Hieroſolymis. S. Publia Antiochiæ cæteris fæminis præluxit exēplo pietatis, huic gloriæ Publia etiam Confesſionis gloriam ſub Iuliano verberata adiecit.